

perâ caput promit, omnibusque spectandum cum conopeo dat v. 19: Laudat Galato Ortiogontis uxorem Chiomaram Plutarch. lib. de Virtut. mulier, c. 21, quod Romani, à quo vitata erat, tribuni, ad maritum caput attulerit. Sed quâto Judith laudabilior? Nam et illius illa libidini obsecuta erat, et datam illi à marito fidem violarat, neque ullam ulli cædes illa utilitatem afferebat. Omnia in Judith nostrâ secus, quæ ut major Deo laus et gloria sit, de se ipsâ cum jurejurando, v. 20, commemorat, quomodô ab ipsius Dei angelo ad Assyriorum castra lens, inibi commorans, indidem rediens custodita sit, quoad corpus et animam, absque ullo utriusque incommodo, injuriâ et peccato.

#### QUESTIUNCULA XII.

*Quis angelus, qui ad Assyrios euntem Judith, apud eos commorantem, ab iis redeuntem, custodivit.*

Fortè angelus proprius ejus custos fuit; quemadmodum et ille de quo Jacob, Gen. 48, v. 16: Angelus, qui eruit me de cunctis malis. Cùm enim custodiende Judith cura proprio illi commissâ esset, alium eum textus non exprimat cur putemus? Quia tamen magni hoc loco momenti res agebatur, à superioribus angelis aliquem opinari liceat et quidem eum ipsum, qui fides itinerum dux et comes Tobia fuit S. Raphael, de quo ille plura, maxime capp. 5 et 12. Vel certè quia res ista non magna tantum, sed et publica erat, in quâ Dei sacra, religiones et templum, totisque adeo Israelitarum populus vertebatur, S. Gabriel, ut Dan. 9, vel S. Michael, existimare quid prohibent? Ille enim praxe illius Ecclesiæ

#### CAPUT XIV.

1. Dixit autem Judith ad omnem populum: Audite me, fratres: suspendite caput hoc super muros (1) nostros.

2. Et erit, cùm exierit (2) sol, accipiat unusquisque arma sua, et exite cum impetu, non ut descendatis deorsum (3), quasi impetum facientes (4).

(1) Ut Assyrii videntes duces suum castrum, percellantur et fugiant. (Corn. à Lap.)

(2) Ortus fuerit. (Corn. à Lap.)

(3) Ad verum et serium cum Assyriis longè potentioribus prælium.

(4) Id est, quasi impressionem agentes in proximam hostium stationem, q. d.: Nolite plene acie confligere, utpote pauci contra innumerum, sed simulate vos velle confingere, ut ciscitet Assyrii confugiant ad Holofernem, ut

dux et conservator non à Rabbis tantum traditur apud Franciscum Greg., tom. 1, sect. 3, probl. 545, tom. 6, probl. 566, sed à vobis etiam, D. Hieron. in Dan. 10, Theodoretus ibid. auctore Imperf., homil. 48. Illic verò et angelica hominum custodia prælarè perspicitur, et angelorum erga pietatis, jejuniarum, ceterarumque virtutum cultores amor et beneficentia. De eo tamen potissimum Judith prædicat, quod per eum ab omni coquina-tione, quam tamen conviviis, blanditiis et vino studiosissime Holofernes moliebatur, Dei jussu, defensa et conservata sit. Valeriano conjugi adhuc ethnico dicebat, ut eum ad Christi Domini fidem sanctamque castitatem traduceret S. Cæcilia: « Mecum habeo custodit dem corporis mei angelum Domini, et nimio zelo custodit corpus meum. » Neque vanè id ab eâ dictum; suis ille ipsiusque frater Tiburtius oculis probârunt et crediderunt. Item quoque litteris proditum de S. Juliano dæ-deviginti annorum adolescente, qui angelico insigni favore, non virginealem tantum puritatem custodivit, sed et ad eandem, S. Basilissam, quæ ipsi conjux futura erat, aliosque deinceps innumerabiles, permovit. Inscipè, si videtur, etiam Cesarium, lib. 8, c. 42.

Adjunguntur jucundissimi letantium omnium plausus, gratulationes et Dei laudationes, tam in seipso quàm in sanctâ Judith, et primò de universo populo narratur v. 22 et 26, tum de Ozia v. 25, 24, 25, postmodò de Achiore vocato v. 27. Sed quæ de eo ad capitulâ finem ab isto versu narratur, omnia in Græcis ad sequens caput transferuntur. Quos imitabor, ut quæ de illo restant, colligantur simul omnia.

#### CHAPITRE XIV.

1. Alors Judith a dit à tout le peuple: Ecoutez-moi, mes frères; suspendez cette tête au haut de nos murailles.

2. Et aussitôt que le soleil sera levé, que chacun prenne ses armes, et sortez tous avec grand bruit, non pour descendre jusqu'aux ennemis, mais comme vous disposant à les attaquer.

aciem instruat, ac videntes eum castrum consierentur et fugiant. Nolebat enim Judith Assyrios invadi, antequam mors Holofernis percrebuisset, et Assyrios inopes animi et concilii reddidisset; sed eo facto jussit ut illic in pavidos et fugientes irruerent. Si enim tempus dedissent Assyrii, potuissent ipsi communi consilio alium duces sibi deligere, qui obsidionem Bethulæ prosequeretur, ita

3. Tunc exploratores (1) necesse erit ut fugiant ad principem suum excitandum ad pugnam.

4. Cùmque duces eorum (2) concurrerint ad tabernaculum Holofernis, et invenerint eum truncum in suo sanguine volutatum, decidet super eos timor (3).

5. Cùm cognoveritis fugere eos, ille post illos securi, quoniam Dominus conteret illos sub pedibus vestris.

6. Tunc Achior videns virtutem quam fecit Deus Israel, relicto gentilitatis ritu (4), credidit Deo, et circumcidit carnem præputii sui, et appositus est ad populum Israel (5), et omnis successio

que urbem fame siti que confectam caperet. Sed Judith prudenter id providens jussit ut morte Holofernis vulgatâ, subito in percussos totis viribus et agminibus involarent. Quo facto hostes stupefacti fugientes ab Hebræis vici cæssive fugerunt. Vide ergo hic prudentiam et solertiam bellicam Judithæ, quæ ceptam victoriam ad finem usque prosecuta est: quare prædientur fuit Annibale, qui cùm Romanos in Cæmensi pugna plane concidisset, suaderetque Maharbal prætoris equitem, ut illic Romam pergeret; sine dubio enim eam percussam occupaturum, ac die quinto in Capitolio cœnaturum, dum tardaret Annibal, diceretque naturis hæc de re cogitandum, subjuxit Maharbal: *Vincere scis, Annibal, sed victoriâ necis uti.* Ita Livius lib. 22. Audi S. Ambr. lib. de Viduis: « Nec dextere tantum hoc opus, sed majora trophæa sapientie. » Nam manu solum Holofernem vicit, consilio autem omnem hostium vicit exercitum. Suspensio enim Holofernis capite, quod virorum non potuit exegitari consilio, suorum erexit animos, hostium fregit; suos pudore excitans, hostes quoque terrore percellens, eoque cæsi sunt et fugati. Ita unus viduæ tempe-rantia atque sobrietas, non solum naturam et suam vicit, sed, quod est amplius, fecit viros etiam fortiores.

Simili modo David, amputato capite Goliath, eoque Philisthæis ostenso, ipsos percussit, et in fugam egit, 1 Reg. 17. Idem fecit Judas Machabeus resecto et ex arce Sion suspensio capite Nicanoris 2 Mach. 15, 35. Sic et M. Livius et Claud. Nero consules Romani, exco Asdrubale cum 56 millibus Carthaginensibus, quæque ejus ex inopinato ante castra Annibal fratris projecto, eum ita percussurunt, ut diceret actum esse de fortuna Carthaginensium, atque illic fugiens in angulum Italie ad Brutios se receperit, teste Livio in linc 1. 26.

(Corn. à Lap.)

(1) EXPLORATORES, quos Græci vocat *ἰσχυροὶ*, solent enim nonnulli ante castra, et satis ab illis procul excubare, qui minimos hostium motus illic significant. (Menochius.)

(2) Qui præsumt distinctis aciebus.

(Lycanus.)

Sine cujus voluntate exercitus non debet

3. Alors il faudra nécessairement que les courreurs fuient, et s'en aillent éveiller leur général pour le combat.

4. Et lorsque leurs chefs auront couru à la tente d'Holoferne, et qu'ils n'y auront trouvé qu'un corps sans tête nageant dans son sang, la frayeur les saisira.

5. Et lorsque vous les verrez fuir, allez hardiment après eux, parce que le Seigneur les foulera sous vos pieds.

6. Alors Achior, voyant ce que la toute-puissance de Dieu avait fait en faveur d'Israël, abandonna le culte du paganisme, crut en Dieu, se circoncit, et fut incorporé au peuple

hellum committere. Nam, sicut dicitur lib. de Judæo Bello, non solum bellare, sed etiam vincere sine duce apud Romanos erat vituperabile. (Lycanus.)

(5) Ex casu principis inopinato, et etiam immisus à Deo, unde videtur hic saltem quantum ad aliquid prophetice loqui.

(Lycanus.)

(4) Quæritur quomodô Achior hæc primùm dicitur credidisse Deo, cùm supra, cap. 5, longâ oratione coram Holoferne confessus et testatus sit virtutem et potentiam Dei Israel? Respondeo: Dicitur Achior nunc primùm, occasione tam illustris factioris et benefici credidisse, nempe, quia nunc primùm plaudet et perfectè credit, et, ut hic additur, relicto prorsus gentilitatis ritu, omnia omnino quæ erant populo Israeliticis divinitus revelata, firmo assensu recepit. Deinde potest hoc referri non tam ad fidem internam quàm ad externam fidei professionem per circumcisionem, de quâ sequitur. Nam et olim in Ecclesiâ Catechumeni, etiamsi omnia credenda fidei tenerent, tamen non vocabantur propriè fideles, nisi cum essent baptizati. (Estius.)

TUNC ACHIOR VIDENS VIRTUTEM (potentiam et fortitudinem, scilicet tam fortem, prodigiosam et divinam victoriam de cæso Holoferne) QUAM FECIT DEUS ISRAEL (Græcè Ισραηλ, id est, populi Israelitici), RELICTO GENTILITATIS RITU (idolatriâ et gentilismo), CREIDIT DEO, ET CIRCUMCIDIT (non suâ, sed Levitæ alicujus manu) CARNEM PRÆPUTII SUI, factus proselytus et Judæus; licet enim Ammonite, Arabes, Phœnices, Ægyptii, Æthiopes, circumcisionem jam olim ab Abraham et Judæis accepissent, tamen acceptant eam ut fideles, non ut obligentem, uti eam à Deo jubente acceptant Hebræi. Unde multi se non circumcidebant ob pudorem et dolorem circumcissionis; quare postquam circumcisio apud eos quasi evanuit, Achior ergo, licet Ammonite, fuit incircumcisus, sed hoc factu Judith conversus ad Judæismum, se circumcidit. Circumcisio enim erat professio Judæismi et legis Mosaicæ, sicut baptismus jam est professio Christianismi et legis Evangelicæ. (Corn. à Lap.)

(5) Ut quasi civis Israelitarum sui lapicum haberet ad omnia eorum privilegia, jura, dignitates etiam et magistratus. Licet enim Deus vetuisset, Deut. 23, 5, Ammonitas et

generis ejus usque in hodiernum diem.

7. Mox autem ut ortus est dies, suspenderunt super muros caput Holofernis, accepitque unusquisque vir arma sua, et egressi sunt cum grandi strepitu et ululatu.

8. Quod videntes exploratores, ad tabernaculum Holofernis concurrerunt.

9. Porro hi qui in tabernaculo erant, venientes, et ante ingressum cubiculi perstrepetis, excitandi gratia, inquietudinem arte moliebantur, ut non ab excitantibus, sed a sonantibus Holofernes evigilaret.

10. Nullus enim audebat cubiculum virtutis (1) Assyriorum pulsando aut intrando aperire.

11. Sed cum venissent ejus duces (2) ac tribuni (3), et universi majores exercitus regis Assyriorum, dixerunt cubiculariis (4):

12. Intrate et excitate illum, quoniam egressi mures de cavernis suis (5) ausi sunt provocare nos ad praelium.

13. Tunc ingressus Vago cubiculum ejus, stetit ante cortinam (6), et plausum

Moabitis admitti in castrum Israel, tamen in hac lege permittit dispensari ob insignia alcius in Israelum merita, qualia fuerunt Achior, qui coram Holoferne Dei erga Israelum providentiam et protectionem publice erat professus, et dignis encomiis celebrarat. Sic Ruth Moabitis admissa fuit in castrum Israel, nubensque Booz, facta est avia Davidis indeque Christi. Hanc enim esse Dei mentem responderunt legisperiti vel prophetae, vel pontifices consulentes Deum per Urim et Tammim, de quibus dixi Exodi 28, 28.

(Corn. à Lap.)

Et appositis est ad populum Israel. Non dubium, quin hoc sanctè et pie ab Achior factum sit. Sed quaeret aliquis, utrum hoc fuerit ei ad salutem necessarium, ut circumcideretur, et incorporaretur populo Israelico? Respondeo videri quod non, et colligitur ex capite sexto hujus libri, in quo leguntur seniores filiorum Israel dixisse ad Achior: Si Deus tecum in medio nostri, ut sicut placuerit tibi, ita cum tuis omnibus converseris nobiscum. Ubi ex eo quod dicitur, sicut placuerit tibi, colligitur, non fuisse necessarium ad salutem ipsum circumcidi. Certè Naaman Syrus susceptè fide minus Dei, non est circumcisus, quod haud dubiè ipsi prescripsisset Eliseus, si fuisset necessarium ad salutem. Ratio autem hujus est, quia circumcisio soli populo Israelico imperata fuit, et ad eos solos pertinebat, sicut et Apostolus ait ad Rom. 3: Scimus, quoniam quicumque lex loquitur, ita ut in

d'Israël, et toute la suite de sa race jusqu'à ce jour.

7. Aussitôt donc que le jour parut, ceux de Bèthulie suspendirent au haut de leurs murs la tête d'Holoferne; et chacun ayant pris ses armes, ils sortirent tous, en faisant un grand bruit et jetant de grands cris.

8. Les coureurs voyant cela coururent à la tente d'Holoferne.

9. Ceux qui étaient dans la tente vinrent à la porte de sa chambre; et ils tâchaient, en y faisant quelque bruit, d'interrompre son sommeil, afin qu'Holoferne fût plutôt éveillé par ce bruit confus qu'il entendrait, que par quelqu'un de ses gens.

10. Car nul n'osait, ni frapper à la porte, ni entrer dans la chambre du général des Assyriens.

11. Mais les chefs, les capitaines et les principaux officiers de l'armée d'Assyrie étant venus à sa tente, dirent aux officiers de sa chambre:

12. Entrez, et éveillez-le, parce que ces rats sont sortis de leurs trous, et ont osé nous défier au combat.

13. Alors Vago étant entré dans sa chambre, se tint devant le rideau, et il frappa des

legs sunt loquitur. Interim poterant et alii circumcidi, scilicet qui vellent illi populo incorporari, et proselyti dicebantur, sed non tenebantur, et talis fuit Achior. Si quaeres ulterius: Quomodo ergo potuissent gentiles sine circumcissione salutem consequi? Dico eodem modo, quo omnes pii veteris Testamenti salvati sunt ante institutum circumcissionem. Nempe vel solè fide mediatoris, vel etiam per aliquod simul exterum sacrificium, vel sacramentum nobis ignotum. (Estius.)

(1) Id est, potentiae et majestatis Assyriorum; ita vocant Holofernem suum duccem et principem, sicut nos regem vel principem vocamus regiam majestatem, suam celsitudinem, suam excellentiam. (Corn. à Lap.)

(2) Praesidentes aciebibus. (Lyranus.)

(3) Qui in unà acie praesunt mille bellatoribus. (Lyranus.)

(4) Qui familiaritè possunt ingredi cubicula magnorum. (Lyranus.)

(5) Ita ex contemptu vocant etiam Judaeos, quasi inermes et imbelles, sed mures hosce mox experti sunt evasisse leones, qui elephantibus eorum prosternerent. (Corn. à Lap.)

(6) Ad eum enim principes Assyriorum et Persarum servabant suam gravitatem et majestatem, ut non nisi per cortinam loquerentur, darentque responsa, ut etiamnum faciunt reges Sinarum. Unde Athenæus, lib. 4, cap. 6, ex Heraclide tradit, principes invitatos à rege Persarum ad convivium, in eodem cubiculo cum eo cenasse, sed interjecto velo, ita ut ubi

fecit manibus suis (1): suspicabatur enim illum cum Judith dormire.

14. Sed cum nullum motum jaentis sensu aurium caperet, accessit proximans ad cortinam (2), et elevans eam, vidensque cadaver absque capite Holofernis in suo sanguine tabefactum jacere super terram (3), exclamavit voce magna cum fetu (4), et seidit vestimenta sua.

15. Et ingressus tabernaculum Judith, non invenit eam; et exiit foras ad populum (5).

16. Et dixit: Una mulier Hebraea fecit confusionem (6) in domo regis Nabuchodonosor: ecce enim Holofernes jacet in terra, et caput ejus non est in illo.

17. Quod cum audissent principes virtutis (7) Assyriorum, seiderunt omnes vestimenta sua, et intolerabilis timor et tremor cecidit super eos, et turbati sunt (8) animi eorum valde.

18. Et factus est clamor incomparabilis in medio castrorum eorum.

eis videri non posset, cum ipse eos facile videret. (Corn. à Lap.)

(1) Ad excitandum Holofernem, non audens sine tactu, sine facto in auribus clamore illum excitare. Apud Homerum Odys. 2, legimus ancillas Penelope excitatas, cubiculum ingressas instrepuisse voelibus. (Calmet.)

(2) Foribus tabernaculi introrsum obductam; non enim agitur de suppario lecti, quod Judith abstulerat. Scilicet Vago accessit sedato atque suspensio gradu, et astitit admotis auribus, ut eo modo aut sermonem captaret colloquendum, aut dormientium ronchos; sed cum nihil aurium sensu caperet, velum elevavit, viditque cadaver Holofernis, quod ex lecto Juditha devoverat, et in terram abjecerat, ut subitus aspectus clamorem extorqueret, et turbarentur castra, priusquam illum sumi posset pro rerum opportunitate consilium. (Vatablus.)

(3) Graeca, super lectum, vel lectus hic erat terra propè lectum, ut habent Graeca, v. 16.

(Corn. à Lap.)

(4) Pro Domini sui interitu. (Lyranus.)

(5) Expectantem Holofernis mandatum. (Lyranus.)

(6) Interficiendo militie principem. Unde et Abimelech vulneratus à muliere, fecit se interfici per armigerum suum, ne diceretur in ejus opprobrium quod mulier interfecisset eum, Judic. 9. (Lyranus.)

UNA MULIER HEBRAEA FECIT CONFUSIONEM IN TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Et dixit ad eos Judith: Audite nunc me, fratres et et tollentes caput hoc, suspendite illum super pinaeolum muri vestri. — 2. Et erit, cum illuxerit aurora, et exiverit sol super terram umetis unusquisque vasa bellica vestra, et exibitis omnis vis fortis extra civitatem, et dabitis

maius, s'imaginant qu'il dormait avec Judith.

14. Mais prêtant l'oreille, et n'entendant aucun mouvement d'un homme qui dort, il s'approcha plus près du rideau; et le levant, il vit le corps mort d'Holoferne étendu par terre, sans tête, et tout couvert de son sang. Aussitôt il jeta un grand cri avec larmes, et déchira ses vêtements.

15. Puis étant allé à la tente de Judith, et ne l'ayant point trouvée, il sortit devant le peuple, et dit:

16. Une seule femme du peuple hébreu a mis la confusion dans la maison du roi Nabuchodonosor, car voici Holoferne étendu par terre, et sa tête n'est plus avec son corps.

17. Les chefs de l'armée des Assyriens, ayant entendu ces paroles, déchirèrent tous leurs vêtements; ils furent surpris d'une crainte et d'une frayeur extrêmes; le trouble saisit leurs esprits;

18. Et tout le camp retentit de cris effroyables.

DOMO REGIS, dùm principem occidentem tota castra confudit, percussit, turbavit. Vide hic prudentiam Judith, quæ caput duccis tenuit: eo enim sublato castra tota sustulit. Castra enim sine duce, idem sunt, quod populus sine rege, oves sine pastore, discipuli sine magistro, illi sine patre, civis sine consule. Unde Tarquinius rex Romanus capita papaverum in horto demetens, hoc ipso illo, qui factus ab Gabinus transfugerat, per nuntium significavit, capita principum Gabinorum esse tollenda: quo factio Gabini quasi acephali se deditere Tarquinio, teste Livio. Hanc gnomen mysticè doctores applicant D. Virgilio, quæ caput draconis infernalis conterens, tota ejus infernalium spirituum agmina pessumdedit. (Corn. à Lap.)

In Graeco et Syro ante hæc verba Bagos: Prevaricati sunt servi: fecit confusionem una mulier Hebraea in domo regis. Nomine servorum designantur Israelitæ, quemadmodum et vers. 12, ubi Vulgata legit: Mures egressi sunt de cavernis suis; Graecus vero: Ausi sunt servi descendere super nos. Innuunt his verbis Bagos, peridos servos, strictus in dominum insidias, illum manu feminæ interfecisse. Forte etiam statim suspicatus est conuclitus, Juditham fore reclusissimè Judæo alicui, qui dormientem Holofernem necaverit. (Calmet.)

(7) Id est, exercitibus. (Menochius.)

(8) Propter quod non providerunt sibi de aliqua defensione, nam turbati minus praevident, ut dicitur in Elenchis. (Lyranus.)

principem in eos, tanquam descendentes in campum ad excubias filiorum Assur: et non descendetis. — 5. Et sumentes isti armaturas suas, ibunt ad castra sua, et excitabunt duces virtutis Assur, — et conerunt ad tabernaculum Olophernis et non invenient eum, et irruet super eos timor, et fugient à facie vestrà. — 4. Et insecti vos, et omnes habitantes omnem terminum Israel, prosternite eos in viis eorum. — 5. Præsumam verò factis hæc, vocate mihi Achior Armanitem; ut videns agnoscat eum, qui vilipendebat domum Israel, et ipsum tanquam ad mortem miserat ad nos. — 6. Et vocaverunt Achior, è domo Ozke. — Ut autem venit, et vidit caput Olophernis in manu viri unius de ecclesiâ populi, cecidit in faciem, et exsolutus est spiritus ejus. — 7. Ut autem recreârunt eum, prociidit ad pedes Judith, et adoravit faciem ejus, et dixit: — Benedicta tu in omni tabernaculo Judæ, et in omni gente; qui quidem audientes nomen tuum turbabuntur. — 8. Et nunc annuntia mihi quæcumque fecisti in diebus his. Et annuntiat ei Judith in medio populi omnia quæcumque fecerat faciens, ex quâ die exiit, usque dum loquelatur eis. — 9. Ut autem cessavit loquens, jubilavit populus voce magnâ, et dedit vocem lætam in civitate suâ: — 10. Videns autem Achior omnia quæcumque fecerat Deus Israel, credidit Deo valdè, et circumcidit carnem præputii sui, et appositus est ad domum Israel usque in diem hanc. — 11. Postquam verò aurora ascendit, et suspenderunt caput Olophernis è muro, et sumpsit omnis vir Israel arma sua, et exiverunt per spiras ad ascensiones montis. — 12. Filii autem Assur, ut viderunt eos, miserunt ad præfectos suos. Illi autem venerunt ad duces, et ad chiliarchos, et ad omnem principem suum. — 13. Et advenerunt ad tabernaculum Olophernis, et dixerunt ei, qui super omnia illius: — Excita nunc dominum nostrum, quoniam ausi sunt servi descendere super nos ad prælium; ut exterminentur in finem. — 14. Et intravit Bagoas, et pulsavit aulam tabernaculi: suspicabatur enim dormire illum cum Judith. — 15. Ut autem nemo exaudivit, disjungens intravit in cubiculum, et invenit eum super stratum projectum mortuum, et caput ejus ablatum erat ab eò. — 16. Et clamavit voce magnâ cum ploratu, et fletu, et clamore forti, et discedit vestimenta sua. — 17. Et intravit in tabernaculum, ubi fuit Judith divertens, et non invenit eam. Et prostravit ad populum — vociferans: — 18. Prævaricati sunt servi: fecit confusionem una mulier Hebræorum in domum regis Nabuchodonosor; quoniam ecce Olophernis lumi, et caput non est super eum. — 19. Ut autem audierunt verba hæc principes Assur, tunicas suas disceiderunt, et turbata est anima eorum valdè: — et facta est eorum vociferatio, et clamor magnus valdè in medio castrorum.

## COMMENTARIUM.

Primo consilium dat Judith suspendendi è muro capitis Olophernis, et in hostes erumpendi. Eruptionis verò prescribit etiam diligenter tempus, modum, et causam usque ad v. 6. Pro, *exite cum impetu*, Græci legunt *θέτει ἀρχήν ἐς ἀντίοις*, quod Complutenses vertunt, dabitis principem super eos, id est, priores irruetis, principem impetum dabitis, factis ut vestrum quilibet primus, et quasi dux sit. *Exploratores* vocat noster *ἄνθρωποι παραλαβῆς*, quæ etiam supra, c. 10, v. 11, similiter vertebatur, cujusmodi hodiè ante castra et satis interdum prociid solent excubare nonnulli, qui minimos hostium motus illicò significant.

Deinde, quemadmodum ad veram Dei religionem accesserit Achior, explicatur v. 6. Græci, ut supra dixi, hoc loco interserunt quæ in Latino erant à v. 27, in superiore cap., non quod velint nunc primò vocatum Achiohem, sed quòd totam de eò narrationem simul edere voluerint. *Vocârunt Achiohem ex Ozke domo*. Ibi enim, ut dixi c. 6, commo-

rabatur. Videtur verò Judith ipsius jussu, quæ ipsius conversionem, animique salutem percutiebat, vocatus, unde, et ad eum finem, ipsa eum prior suavissimè alloquitur v. 27, cap. superiori, eique caput ostendit; quod, ut Græcè additur, erat, in manu viri unius cujusdam in populi Ecclesiâ, de quâ cap. 6 Achior verò ista ut vidit, quinque fecit, primò incredibili stupore corruit, penèque tum examinatus est. Quis enim fieri hoc unquam posse credidisset? *Astuvit anima ejus. Exsolutus est spiritus ejus*. Deinde ubi eum qui aderant, exererant et refocillârunt, seque ipse collegit, ad Judith sese pedes abiecit, eamque adoravit, eâ politica scilicet adoratione, de quâ cap. 13, quest. 3. Tertio, maximis eandem effert laudibus, v. 51, in quibus paululum quid habent dissonantia Latinus et Græcus; sententiâ tamen ambo consonant. Etsi enim Græcus non habet, *quoniam, neque, magnificabitur Deus*, neutrum tamen ab eò negatur, et innuitur pro *et tunc* olim *et* fuisse: *Benedicta tu in omni*

tabernaculo Juda, et in omni gente, quicumque (et tunc) audierint nomen tuum conturbabuntur, admiratione scilicet ac stupore. Sed quartò, in Græcis adjunguntur, quemadmodum à Judith petierit, enarrari, quidnam illis aliquot diebus apud Assyrios egisset. *Et enarravit ipsi Judith in medio populi omnia quæ fecisset ab eo die, quo exierat usque ad hoc tempus, quo ipsis loquebatur*. Tum verò *jubilavit voce magnâ populus, et in urbe suâ lætam clamorem dedit*. De alalagno, cujus hoc loco meminit Græcus, multa Lipsius de Militiâ lib. 4, dial. 11. Quintò, sese ad veram Dei religionem convertit, et Latinus hoc loco, v. 6, breviter quinque illa indicat, quæ dum Christi Jesu Domini et Salvatoris nostri fidem homines adulti suspiciunt, notare solent theologi. Primum est quid extrinsecus tales ad fidem moveat: Achior videns virtutem quam fecit Deus Israel. Alterum est, terminus à quo ad fidem veniunt. Varia siquidem impietatis genera sunt, sed duorum maximè, gentilismus sive idololatria et hæresis. Achior itaque relicto gentilistis ritu venit. Tertium, terminus ad quem. *Credidit Deo*, et quia sunt quidam fidei gradus, cum magnâ et modicâ in Scripturis quandoque legatur, Mat. 15, v. 28, c. 16, v. 8; Marc. 9, v. 24; idèò in Græco, hujus fidei actus ad intentione commendatur: *Credidit Deo valdè*. Quartum est initiatum, ut certis videlicet cæremoniis et sacramentis initiatur. Hodiè baptismus est; tum circumcisio. Achior ergo circumcidit carnem præputii sui. Quintum est communio sanctorum, sive usus et fructus honorum, quæ in tali Dei Ecclesiâ et societate sunt. Ideòque ipse appositus est ad populum Israel, et omnis successio generis ejus, usque in hodiernum diem, ubi dux quæstioncule.

## PRIOR QUÆSTIUNCULA.

An ad Judicium populum aggregari poterit Achior?

Ammonita erat cap. 5, v. 5. Scriptum verò est Deuter. 25, 3, *Ammonites et Moabites etiam post decimam generationem non intrabunt Ecclesiam Domini in æternum*. Abulensis eum in locum, tripliciter accipi *Ecclesiæ* nomen sit: primò, pro ipsâ populi multitudine et cætu, prout apud Aristotelem 2 Politicorum accipitur; deinde pro loco sancto; tertio, pro multitudine, ut ordinem ad rectores habet. *Sicque dicitur, ait, aliquis intrare Ecclesiam, cum in multitudine datur et aliquod officium vel principatus*. Et postremo isto modo non poterant Ammonitæ ac Moabite ad Ecclesiam aggregari, licet circumci-

sione imitari, tabernaculi atrium subire, in eo victimas offerre ac edere, Israelitarum instar, possent. Potuit igitur ad Judaicum populum Achior aggregari, licet magistratum in eo gerere nullum posset. D. Thomas 1-3, quæst. 103, art. 5, nullam ait gentem à Dei cultu et iis quæ ad animæ salutem spectant, exclusam; sed eos, ne primo quidem modo in Ecclesiam, qui ex Ammonitarum et Moabitarum gentibus essent, ita videlicet, ut cives forent civium commodis et beneficiis uterentur, ordinariâ lege admitti potuisse censet, verum extraordinariâ tantum et privilegio aliquo: sicque Achiohem admittunt. Ita enim ad primum, et in temporalibus quantum ad ea, quæ pertinebant ad communitatem populi, non statim quilibet et admittitur, sed quidam in tertâ generatione, scilicet Ægypti et Idumæi. Alii verò perpetuò excludebantur in detestationem culpæ præteritæ; sicut Moabite et Ammonitæ et Amalecites. Sicut enim puniuntur unus homo propter peccatum quod commisit, ut alii videntes timeant, et peccare desistant; ita etiam aliter aliquod peccatum gens vel civitas potest puniri, ut alii à simili peccato abstineant. Poterat tamen dispensativè aliquis in collegium populi admitti, propter aliquem virtutis actum, sicut Judith 14, dicitur, quòd Achior dux filiorum Ammon appositus est ad populum Israel, et omnis successio generis ejus. Et similiter et Ruth Moabitæ, quæ mulier virtutis erat, licet possit dici, quòd illa prohibitio extenderetur ad viros, non ad mulieres, quibus non competit simpliciter esse civis. Et sanè hoc privilegium non eò tantum porrigendum, ut è vulgarium civium numero esset, verum etiam ut omnes populi honores gerere posset. Qui enim Ammonitarum dux tam potens, honoratus et magnus, uti dictum c. 5, fuisse, qui de Judæis, in Hofornæ omniumque ipsius principum conspectu, tam honorificè amplèque dixisset, ipsorum Deo illustre adeò splendidumque testimonium dedisset, cap. 15, vers. 27, quomodo à Judæis tam despicieretur, ut omnis ei ad omnem dignitatem aditus præcluderetur? Si priva ei lex, quoad hoc, ut civis fieret, dari potuit, cur non etiam, ut civis honoratus? Ideòque sive Abulensem, sive Aquinatem sequamur, privilegio exodumtissimè semper locus est. Calvinus in Exodum commentans, in præcepti primi explicatione, neutrum illum sequi voluit; sed ita ut more suo nihil afferret:

melius. Per ecclesiam enim, vult intelligi sacros populi conventus, ita ut in tabernaculum, templum et synagogas, tum quidem populus convenisset, neque sacrificiorum, neque precum faciendarum, neque demum legis audiendae causâ, introire possent. At qui viris bonis sacri fuisset? Quid quàm gentilis plus penè, in templo vel synagoga, loci habuissent? Et tamen, etiamsi res ita fuisset, ne præcipuè quâdam conditione foret Achior, privilegioque ornaretur, nihil obstabat.

## POSTERIOR QUÆSTIUNCULA.

An apud Judæos manserit Achior, et quid nos doceat?

Fieri potuisset, ut Judaico cultu et circumsione initiaretur; posteaquàm tamen debellatum esset, non gentilitatem sed in Ammonitidum reverteretur, idemque viri boni officium fungeretur. Textus tamen apud Judæos mansisse satis docet, quando non id tantum ait, quod Græcus asserit, *appositum eum ad populum Israël; sed omnem etiam generis successionem.* Inducitur enim vel priorem ad se uxorem vocasse, vel apud Judæos aliam duxisse, ex eaque liberos, qui sacra eadem secuti sint, procreasse, idque non uno vel altero anno, sed pluribus. Nam vel ipse libelli hujus auctor, vel alius postea quispiam, ut prolegom. altero munitum, eam ob causam adiecit, *utque in hodiernum diem.* Atque hic vides, quàm verè Achioris nomen, quod, ut cap. 5 dixi, est *lucis frater*, acceperit. Vera enim lux ei jam oborta, depulsis omnibus gentilismi tenebris. Judæus ex Abraham progenitus erat: Ammonita ex Loth. Ille in luce, imò et lux quædam erat; iste in tenebris, et quædam tenebræ. Ad illum se iste contulit, lucisque veram fraternitatem adit, figuram gerens eorum, qui ad Ecclesiam Christianam accedunt, Gentilium. Sumus enim omnes homines fratres, quoad *carnem*, sed non quoad *lucem*. Ac verum è falso cultum qui transeunt, Achiores sunt, lucis fratres, imò et summæ lucis, quæ Deus est, filii, eandem cum aliis omnibus hæreditatem adituri. Sunt verò in eodem Achiorè duo notanda. Unum, tanta ejus et tam incensa fides, ut unum hoc ubi miraculum vidit, illic superstitiones pristinas omnes abjecerit. Neque eum remorata est pristinarum opum dignitatis cupiditas? inferior, quam veluti alienigena, in alio populo, subitâ conditio. Etsi enim civitatis et capessendorum magistratum privilegium ei concessum, ejus

tamen dum nocte hæc, veram profiteri fidem cepit, incertus erat. Alterum, quod in suscepto fide constans deinceps fuerit; in eâ proles ipse suas educavit et instituerit, et quidem ita, ut ipsæ deinceps eandem semper, quod quidem constat fidem retinuerint. Adjiciam et illud, miram esse hic Dei considerandam benignitatem, qui parvas, inchoatas et adumbratas quasdam hominum virtutes, suâ ipse gratiâ magnas, perfectas et veras tandem efficit, qui, quæ homines veluti mala summa nobis vel inferreant, vel minabantur, eâ in æternam animorum nostrorum salutem convertit. Quantum Achioris capiti periculum erat, dum ex Assyriorum castris, Bethuliam, in funestissimum veluti carcerem, ubi ad necem tantisper custodiretur, ejectus et contrusus est! Sed hoc totum sempiternam ipsius animo lucem, immortalis regni hæreditatem verissimam felicitatem attulit. Hæc peccatoribus, non paucis, hæreticis, et idololâtris ad pœnitentiam, respicientiam, Christique Domini doctrinam compendiaris sæpè via exstitit. Legatur de Burgundionibus ad Christum venientibus Socrates lib. 7, c. 50, de Clodoveo Francorum rege Gregorius Turon. 1. 2, c. 50 et 51, apud Bodam S. Vedasti historia, de Adado Ætiopum rege, Paulus diaconus 1. 16, de Heduino Northaunborum rege, vide Beda lib. 2. Histor. cap. 6, et sequent. de Cedula Gevisorum rege; idem Beda lib. 5, cap. 7, de Olhâ Bogoris Bulgarorum regis sorore Zonaras et Cedren. Nam et ea, cum Constantinopoli capta teneretur, fonte sacro lustrata est, tandemque domum reversa, plurimis, et quidem suo ipsius fratri, religionis ejusdem amplectendæ auctor fuit. Quid et duodecim illi adolescentes, qui nobilissimorum Saxonum filii, cum obsides Carolo Magno dati essent, per eam occasionem celestium honorum, à se Burchardo Heribolensis episcopo, pignore donati sunt? ut quidem etiam, Catholicis valde iniquus, scribit Centuria 13, cap. 57, Balæus.

Tertium est executio ejus, quod Judith dederat, consilii. Suspensum nefarium illud caput est, et cur armis, foras eo tempore et modo eruptum, quod illa præscriperat. Ideòque et effectus ex animi planè sententiâ consecutus. Nam primò, qui facta contra erumpentes Judæos opus esset, Holofernem interrogaturi ad ejus tentorium Assyriorum duces venerunt, et quidem suæ ipsorum calamitatis ignari, per irrisionem et contemptum

maximum: *Egressi, aiebant, mures de cavernis suis, prorûs ut illi olim Philisthæi, 1 Reg. 14, v. 11: En Hebræi egrediuntur de cavernis, in quibus absconditi fuerant.* At isti mures vobis, ó Assyrii, non ita multò post, leones erunt. Vos magni vastique Nabuchodonosoriana superbia elephantum, mures istos haud feretis. Græcus aliud etiam extremæ despicientis vocabulum posuit: *Ausi sunt serri ad nos descendere, et quidem, ad bellum ut averrerentur, videlicet penitus.* Cur verò in Holofernis, exemplo, cubiculum non intrârint, causa redditur, vers. 10, quod cum in locum, ubi virtus Assyriorum, id est, rex vel ab eo summus dux cubaret, ingredi nemo auderet. In Sardanapalo pulchrè id exponit lib. 2 Diodorus, idemque suis postea moribus probârunt Medii, ut in Dejeo cap. 1 Herodotus, et Persæ apud eundem lib. 5. Postea, qui à cubiculo

## CAPUT XV.

1. Cùmque omnis exercitus decollatum Holofernem audisset, fugit mens (1) et consilium ab eis, et solo tremore et metu agitati, fugæ præsidium sumunt (2).

2. Ita ut nullus loqueretur cum proximo suo (3), sed inclinato capite, re-

(1) ἔξωθεν, quasi extra se fuere ex admiratione. Frequens vox apud interpretes veteris Testamenti, et in novo. ut Math. 15, 23, Marc. 2, 12, 5, 42, 6, et alibi. (Grotius.)

(2) Il ne faut pas regarder cette frayeur comme si elle n'avait été que naturelle. Il est vrai que la surprise où ils furent, en voyant leur général mort et sans tête, était capable de les étonner d'abord. Mais pour peu qu'ils eussent fait de réflexion sur l'état où se trouvait Bethulie, ils auraient pu, en suivant les ordres du principal commandant, prendre aisément cette ville, qui selon la nécessité présente se serait rendue au bout de deux jours. Il paraît donc que ce fut Dieu même qui leur ôta tout d'un coup et l'esprit et le conseil, en sorte qu'ils se trouverent hors d'état de délibérer sur ce qu'ils avaient à faire, et qui imprima au fond de leurs cœurs un saisissement et une terreur panique, qui les fit fuir comme des moutons devant les Hébreux. Ainsi ce fut une chose vraiment étonnante de voir une armée si redoutable de barbares, poursuivie et taillée en pièces par un petit nombre de gens affaiblis par la faim et par la soif, qu'ils traitèrent un moment auparavant avec le dernier mépris, en les appelant des rats qui étaient sortis de leurs trous, et qui avaient eu la hardiesse de les appeler au combat.

Si ces exemples ne sont pas capables d'abaisser l'élevation des hommes superbes et des puissants de la terre, et s'ils ne leur donnent l'idée véritable qu'ils doivent avoir, tant de la grandeur de Dieu, que de la faiblesse et du néant de tous les hommes, il faut

ipsi Holoferni erat, summusque rerum ipsius omnium præfectus, Bagoas stetit ante cortinam, et plausum fecit manibus suis, ut illum exciaret. Complutenses legunt, *ἔφερον τὸν ἀδύτων τῶ ἀντιπύ, et vertunt, pulsavit aulam tabernaculi; alius, pulsavit atrium tabernaculi.* Romanus codex, τὸν ἀδύτων habet, ut peristromata videlicet, varisque tapetes, quibus circumquaque septum et exornatum cubiculum erat, concusserit, et ante lecti cortinas steterit, manibusque comploserit. Nam in Exodi Græco textu, sapius tabernaculi ἀδύτων; legere est. Tandem suo in sanguine jacens truncum cadaver vidit, horrendumque contra Judith vociferari, et Holofernem suum lamentari cepit, vers. 14, 15, subitòque fuit vestium scissio, de quo in Esther, et immanis

## Ubiq̃ue

Luctus, ubiq̃ue pavor et plurima mortis imago.

## CHAPITRE XV.

1. La nouvelle qu'Holoferne avait eu la tête coupée, s'étant répandue dans toute l'armée, ils se trouvèrent tous consternés, sans savoir quel conseil prendre; et poussés par la seule frayeur dont ils étaient saisis, ils ne pensèrent qu'à chercher leur salut dans la fuite;

2. De sorte que nul ne parlait à son com-  
avouer que c'est un effet presque inconcevable de l'aveuglement que produit en eux ce même orgueil. Mais si ces mêmes exemples n'ont pas la force de soutenir la faiblesse des petits dans l'extrémité des plus grands périls, c'est une preuve qu'ils ont sans comparaison moins de foi et moins de courage qu'une femme, et qu'ils mettent leur confiance, non en Dieu, mais dans eux-mêmes.

Que nul homme ne s'assure donc présomptueusement sur ses forces, lorsqu'il considère que cet Holoferne, qui s'était vu de faire connaître à Achior qu'il n'y avait point d'autre dieu dans toute la terre que Nabuchodonosor, et d'exterminer tous les Juifs comme un seul homme, fut tué par une femme, et que la multitude innombrable de ses troupes vultuait elle-même comme un seul homme de devant la face de ces mêmes Juifs. Mais que nul homme ne s'abatte aussi et ne tombe dans le découragement à la vue de ses ennemis, quelque redoutables qu'ils lui paraissent, lorsqu'il envisage ce secours inespéré et miraculeux que la main faible de Judith, affermie divinement par le bras du Tout-Puissant, procura à tout son peuple. L'orgueil des uns et la distance des autres blessent presque également le pouvoir et la majesté de Dieu. Et il ne nous est pas plus permis de lui dérober par nos défiances ce pouvoir suprême qu'il a de nous délivrer de la puissance de nos ennemis, que de nous attribuer à nous-mêmes un pouvoir qui n'appartient qu'à lui seul. (Sacy.)

(3) Græcus: Non fuit homo manens ad faciem proximi ultra, sed effusi unanimiter fugie-